



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 561 Usque Ad Annum 633

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117832

§.37. S. Gregorius Eutychio resistit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66072)

Sæculum VI. & officium celebravit ad S. Sophiam
A.C. 578. ubi tantus fuit concursus populi Com-
 munionem ab ipsius manu accipere ex-
 petentis, ut eam accedentibus porrige-
 do a tertia usque ad nonam seu sex inter-
 gris horis improbo sed pio labore fatiga-
 tus fuerit.

Anno sequente 578. Justinus Imperator
 sentiens sibi vires deficere, Tiberius
 Imperatorem edixit, & 26. Sept. In-
 ctione duodecima corona ornari iussit.
 Justinus ultra dies octo huic coronati-
 oni non supervixit, obiitque quinta Octo-
 bris, postquam in hanc usque diem re-
 gnasset annis ferme duodecim. Ergo Ti-
 berius imperabat, cum Pelagius Papa
 Gregorium Constantinopolim misit.

§. XXXVII.

S. Gregorius Eutychio resistit.

Joan. vit. Gregorius in hac Legatione consueta
l. 1. c. 26. dines Monasticas non dimisit, sed
Greg. præf. aliquot suæ Congregationis Monachos
mor. Id. III. itineris comites elegit, ut ipsorum exem-
dial. c. 36. plo ad orandum excitaretur, & eorum
 dem societate animum negotiorum tem-
 poralium tumultu fatigatum recrearet.
 Maximianus quoque Abbas Monasterii S.
 Andreae, & postea Episcopus Syracusa-
 nus cum aliquot Monachis Constantino-
 polim, ut S. Gregorio loqueretur, pro-
 fectus

fectus est. In reditu navem, qua Gregorius vehebatur, ingens procella jactavit; cumque comites ejus jam certissimam mortem expectarent, dato & accepto pacis osculo Corpore & Sanguine Domini Nostri se munierunt. Feliciter tamen portum attigerunt. Hæc exinde S. Gregorius tanquam miraculum enarrabat. Ex his dispicimus, Evcharistiam in itineribus, & etiam maritimis, fuisse deportatam. (*)

H 3

S. Gre-

(*) Unser Protestant, welchem die Tadelsucht wider die Römischen Päbste die Feder führet, hat nebst unzähligen andern Fehlern vom Anfang dieses Abschnitts das Wort Apostel hinein gesetzt: diese Bedienung bewegte inzwischen den Apostel nicht sein Klosterleben aufzugeben. Das Wort Apostel schicket sich daher nicht; denn Gregorius war nach Constantinopel gesandt worden, damit er bey dem Kayser Hülfe wider die Longobarder suchte.

Hier hat er die Worte: on voit ici quæ l'on portoit L'Evcharistie dans les voyages, même sur mer. Ex his dispicimus Evcharistiam &c. gegeben: daß man die heilige *Evcharistie* auch auf Reisen, ja auf dem Meere zu sich genommen. Zu sich nehmen, heisset auch die heilige *Evcharistia*, welche auf der Stelle wäre consecrirt worden, also gleich geniesen, welches dasjenige nicht ist, was Fleury eigentlich anmerken will, sondern daß man die heilige *Evcharistia* auch auf der

Sæculum VI.
A. C. 578.V. Sup. L.
XVII. n. 11.

Sæculum VI.

A. C. 578.

Greg. XIV.

mor. in Job.

c. 29.

Luc. 24, 39.

Eutychie's opi-
nio de cor-
poribus.

S. Gregorius, cum Constantinopoli
versaretur, officii sui esse existimavit
ut se opponeret Eutychio, qui scripsere
corpus nostrum post Resurrectionem non
amplius fore palpabile, sed aere sub-
tilius. Hæc nempe supererant errorum
Origenistarum vestigia. Igitur hac supra
Quæstione Patriarcha & Gregorius
Colloquium condixerunt. S. Gregorius
illa Jesu Christi verba ex Evangelio
jiciebat: *palpate, & videte, quia Spiritus
ritus carnem & ossa non habet.* Euty-
chius respondit: *id Dominus Noster
dixit, ut Discipulis suis omnem de Resur-
rectione sua dubitationem eximeret.* Re-
posuit S. Gregorius: *mirum profecto
quod nobis dubitandi occasionem dederit
cum a discipulis suis omne dubium aufer-*
voluit! Eutychius subjunxit: *corpus
erat palpabile, quando illud Discipulis
suis ostendit, sed postquam eorum fide
confirmavit, subtilius redditum est.* H.
S. Gr.

der Reise zu Wasser bey sich gehabt, verwahrt
und mitgetragen habe, um solche allezeit genießen
zu können.

Nämlich weil unser Uebersetzer die uralten Ge-
bräuche der Römisch = allgemeinen Kirche, welche
die Protestanten ohne genugsamer Einsicht abzu-
schaffet, durchaus für neue ausgehen will, so konn-
te seine Uebersetzung unmöglich die schöne Gabe der
Aufrichtigkeit beybehalten.

S. Gregorius opposuit S. Pauli Textum : *Sæculum VI.*
Jesus Christus resurgens a mortuis jam A.C. 578.
non moritur. Unde inferebat, ipsi post
 suam Resurrectionem nullam mutatio- *Rom. 6. 9.*
 nem supervenisse. Eutychius objecit
 illud, quod legitur : *quia caro & sanguis* *1. Cor. 15. 50.*
Regnum Dei possidere non possunt. Ad
 istud S. Gregorius respondit ; carnem
 & sanguinem in S. Scriptura duobus mo-
 dis accipi, & indicare vel Naturam Hu-
 manam in se ipsa, vel corruptionem pec-
 cati, quod adductis argumentis probavit,
 & conclusit, in Gloria Cœlesti naturam
 carnis remansuram, sed ab infirmitatibus
 hujus vitæ liberam.

Eutychio in sua mente perseverante,
 S. Gregorius omne cum eo commercium
 abruptit, quod ubi Tiberius Imperator
 rescivit, ambos privatim in conspectum
 suum venire jussit, tum argumentis u-
 triusque mature pensatis deliberavit, an
 Eutychii liber flammis tradendus esset.
 Ex illa Collatione revertentes tam Gre-
 gorium quam Eutychium morbus corri-
 puit, quocum Gregorius vehementer
 conflictatus est, at succubuit Eutychius.
 Inde discimus, hanc Collationem anno
 582. fuisse habitam.

Pelagius Papa contra Longobardos
 undecunque auxilium quærens hac super
 re ad Aunacarium Episcopum Antissio-
 dorensem, a quo litteras acceperat, scri-

Sæculum VI. p[er]sit. *Divinae Providentiæ singulare Do-*
A. C. 578. *num (*) est, inquit, quod Reges Veste-*
Fidem Catholicam cum Romano Imper-
ep. 4. profiteantur, ut Civitati Romanæ, una
Fides ad eos profecta est, opitulentur
Utere itaque fiducia, quam in te collo-
runt, & fidele consilium suggerere, ne al-
lum cum Longobardis amicitia fædus in-
eanè. Hæc Epistola quinta Octob. ann-
Imperatoris Tiberii septimo, nempe e-
quo Cæsar fuerat creatus, & ex conse-
quenti anno 580. data.

§. XXXVII

(*) Hæc Summi Pontificis Reflexio omnino ap-
 posite hic occurrit; nam cæteri omnes Barbari
 rum Nationum, puta Vandalorum, Gothorum
 Italia, & in Hispania Longobardorum, Reges Ari-
 ni fuere, atque exinde Francorum Reges ju-
 merito ipsis attributum Filii Primogeniti Ecclesiæ
 Titulum factis impleverunt. Hodie vero præter
 Regem Christianissimum Regesque alios, simili-
 bus Titulis condecoratos, etiam Reginam Apo-
 stolicam Germania & Hungaria admiratur, & ve-
 nerari jubetur, dum Papa Clemens XIII. Regi
 Apostolici Titulum jam a multis Sæculis, inces-
 tum qua origine, ex merito tamen, Regibus
 Hungariæ tribui solitum, in Augustissima Maria
 Theresia Auctoritate Apostolica edita Bulla hoc
 anno 1758. confirmat, optatque, ut illum Opti-
 mo & Carissimo Filio communicet.